

2961 sub Praeneste in una vasca vicino alla Madonna in contrada Loreto CIC.; sta murata ad una vasca in contrada Loreto terreno appartenente al conservatorio Antonelli BON. Frustra quaesivimus Stevenson et ego.

TTIO · CN · F · TRO
 TI · VIENNESI ·
 praef. FABR · BIS · EX
 testam. ENTO · EIVS · /// TER
 5 ETIO · LXL

Cicerchia misit Henzeno; idem exhibet in schedis; Bonanni ms. bis.

4 in fine CSTR Cic. in schedis, A·CSTR idem in exemplo ad Henzenum misso, TR Bo-

nanni altero loco, qui omittit altero. — 5 fin. LXL Cic. in exemplo misso ad Henzenum et Bonanni altero loco, LXI idem altero et Cic. in schedis.

2962 Praeneste in ecclesia S. Petri.

R V F
 L E G
 L E G
 DEIOTARI

Suaresius Praen. p. 281 (inde Muratori 740, 8; Vulpi Lat. 9 p. 193; Petrini p. 368 n. 41). Suspecta.

2963 rep. anno 1778 Praeneste nel sito dell' antico foro [cf. ad n. 2934].

imp. caesar. xxviii 758
 cn. cornelius l. ualerius
 svf · C · ATEIVS c. uibius
 IMP · CAESAR · XXVIII 759
 M · AIMILIVS · LEPIDVS l. arruntius
 5 S V F · nonius asprenas
 IMP · CAESAR · XXIX 760
 Q · CAECILIVS · Metellus a. licinius nerua
 suf. . . lucilius. longus

Servavit Petrini, qui edidit ipse p. 324 n. 4 et communicavit cum Marinio ms. Vat. 9127 f. 268, unde hic edidit Arv. p. 24, et cum Lanzio ms. mus. Florent. vol. 45 et vol. 36, 4. Supplevit Cardinali atti dell' accad. pont. d'arch. 2 p. 285. Henzen huius Corp. vol. I p. 474 n. XIII.

2 in. VI traditur; correxit Henzen. — 3 fin. XXVIII·1 Lanzi. — 5 fin. 1, 6 fin. x Lanzi. — Ut in fastis Capitolinis, ita hic quoque una cum consulibus unoquoque anno perscriptus erat numerus tribuniciae potestatis Augusti.

Non separavi a fragmentis fastorum coloniae, una cum quibus re-
 pertum est.

2964 'quaedam alia marmorum fragmenta inscripta nominibus magistratum coloniae Praenestinae effossa sunt una simul cum fragmentis fastorum . . . ; unum horum paullo inferius integrum referam' FOGG. p. X. — Locum non adscripsit auctor Marini; 'Fogginius edidit mutilam' adscripsit Marinius.

M · ATELLIVS · Q
 C · RAECIVS · II VIR
 C · VELIVS AED
 LIVS ·
 ACCIVS /// VS · M · VALERIVS · Q
 5 GERMANICVS · CAESAR · DRVSVS · CAESAR QVINQ
 VASSIVS · A /// I COMINVS · BASSVS · QVINQVENNALI
 PVNICVS · VS · LIG · II · VIR ORDINE · EX · S · C PRAEF
 MANILEI · POST · AD M · PETRONIVS · RVFVS
 A · MINVS · QVIN C · DINDIVS · CN · EGNATIVS AED
 10 A · RIVS · AED · C · IVC /// RVFVS · C · THORENAS · Q
 X · TRVTTIDI /// CN · PON /// IS · FLAMEN II vir
 C · CAECILIVS /// /// GVSTI
 PETRONIVS · RVF II · VIRI CVR /// SVRA
 NSTACILIVS · AED MARCVS RAECIVS · CORDVS · Q ·
 15 /// ORIVS · II · VIR L · PETISIVS · POTENS · C · SALVVS
 /// IVS AED · C · DINDIVS T · LIVIVS · R
 /// CIVS L · AIACIVS · ARRIVS · C · CF

Haec omnia exhibet Marini ms. Vat. 9127 f. 59 nescio a quo descripta. Partem, id est v. 5 integrum et paginae dextrae vv. 6—12, edidit Fogginius fasti (1779) p. XIV, qui memoravit praeterea paginae sinistrae v. 13. Ex Foggino Petrini p. 324 n. 3 et Orelli n. 3874.

Paginae duae in apographo Mariniano alibi (potissimum v. 1—4) accurate distinguuntur, alibi (potissimum in fine) inter se confunduntur; distinxerit ego ut potui, quamquam ipsam inscriptionem ex parte inaequaliter dispositam fuisse non negaverim.

I, 5 CAESAR vocabulum ad paginam dextram trahunt auctores. — 7 nomen corruptum, ut alia complura, quae corrigere iam non licet. — 8 pro AD SCR. AED, 9 pro QVIN SCR. QVINQ. — 11 lege SEX·TRVTTIDIUS. — 13 hunc

versum solum (praeter v. 5) ex pagina intuenti sinistra memorat Foggini his verbis: 'in alio fragmento nomen legitur Petronii Rufi cum titulo II vir'. — II, 6 COMINVS (sine praenomine) Fogg., fortasse errore tythetae. — 9 DINOIVS Fogg. — 10 LVCIVS (pro IVC///) Fogg. — 11. 12 repraesentavi exemplum Marinianum; Fogginius edidit CN·PONTIVS·RVSTICVS·FLAMEN | CAESARIS·AVGVSTI, p. X citat CN·PONTIVS RVSTICVS FLAMEN AVGVSTI (omisso CAESARIS). — II om. Fogg. — 13 fortasse ex paginae prioris vocabulo II·VIRI ultima littera huc trahi debet, ut sit L CVRtius [cf. n. 2966, I, 9] vel simile quid. — 15 fin. SALVTY traditur.

V. 4 continebat nomina quaestorum duorum, vv. 2—4 continebant vel continent nomina omnium magistratum (duovirorum, aedilium, quaestorum) unius anni. Insequenti anno pro duoviris creatos esse quinquennales, quinquennialitatem autem a Praenestinis Germanico et Druso Caesaribus esse oblatam colligitur ex v. 5. Caesarum loco qui quinquennialitatem Praeneste exercebant praefecti duo recensentur in paginae dextrae vv. 6—8. Verba quinquenniali ordine ex s. c., adscripta ad nomen alterius ex praefectis Marci (?) Cominii Bassi, tamen sine dubio ad utrumque referri debent et coniungi cum praef.; sed quid eis significetur, obscurum est. Sequuntur nomina aedilium (v. 9) et quaestorum (v. 10) eiusdem anni. Vv. 11—13 occupant nomina duovirorum anni novi; alter ex eis appellatur flamen, si fides est textui Foggiano, Caesaris Augusti, sive, quod malim, [divi Au]gusti. Aedilium huius anni nomina videntur excidisse, nisi notam Q v. 14 corruptam sumere mavis. In vocabulis corruptis Marcus Raecius Cordus duo nomina quaestorum latent (M. Raecius aliquis est etiam n. 2982 v. 3). Vv. 15—17 rursus videntur continuisse fastos unius anni integros. — Paginae intuenti sinistrae vv. 6 seq. videntur superesse ex fastis annorum complurium (quinque vel sex), per quos quaestores Praeneste non facti sint vel certe non in has publicas tabulas relati (cf. n. 2968). Fortasse haec pars tabulae scripta erat ante v. 5, et ita explicandum, quod eius anni, quo Germanicus et Drusus fuerunt quinquennales, reliqui magistratus, item magistratus annorum insequentium scripti sint spatio artiore. — Aetas horum fastorum est ultimum Augusti tempus vel, si reieceris lectionem Fogginianam II, 12, primum Tiberii.